

Maldura

Petrus ludouicus Maldura In Vitam sancti Rochi Contra Pestem Epidimie Apud dn̄m dignissimi intercessoris Unacū eiusdem Officio.



Rochum: patre Johãne: matre vero libera nomine genitũ cõstat. Is patriã habuit montẽpessulanũ: que olim Agatha siue Agathopolis appellabatur Narbonensis gallie oppidũ nõ ignobile. cui alijsqꝫ nõnullis pater ipe nõ tyrãnoꝝ more: sed iusticia: integritate: prudentia: diuino timore: suorũqꝫ oĩm beniuolentia ꝛ gratia imperauit. Qui tãetsi militarẽ disciplinã ꝑ omnẽ fere etatẽ exercuit: et in ea versatus est. seculi tamen hui⁹ molliciem: illecebrasqꝫ veluti caduca paruiqꝫ momenti aspernatus. Omni fide ꝛ caritate deũ coluit. non ignarus homini deũ timenti nihil vspiam deesse. fortunasqꝫ omes ad eũ vndiqꝫ cõfluere. omiaqꝫ pro votis illi cedere. Quapropter deũ immortalem in rebus omibus agendis auspicẽ sibi ꝓposuit. Is vxorẽ infecundã ac sterilẽ ad senectã vsqꝫ ꝑductã. ignarus quo pacto prolẽ ex ea cõpararet. quã mirũ immodũ optabat. Qm̃ omibꝫ a natura insitũ est. posteros ex nobis quibꝫ ꝑpetuari cẽsemus appetere. Adhortat̃ ut immortalẽ deũ ac virginẽ saluatoris genitricẽ supplex adeat oretqꝫ sibi filium dari. Omibus vtilẽ ac fructuosum: deo gratũ. Cui⁹ gloriã nõ tueatur modo. verũ augere ac illustrare cõtendat. Cõiunx viro obsequẽtissima. oculis in celũ erectis. dei ac virginis opem his verbis implorat. ¶ Te rerũ oĩm parens. teqꝫ mũdi regina virgo. mortaliũ spes vnica. afflictoꝝ omniũ iucundũ ac dulce refugiũ. Cuius ope cũcti mortales vtimur. seruos tibi deditos in te ac tua erga omnes pietate et miseratione sperantes ne deseras obsecro. votisqꝫ nr̃is: si modo christiane reipublice cõducat: annuito. Optam⁹ em̃ filiũ. nõ ut patrimoniũ augeat. fortunas cõquirat. res humanas ꝑ libidine misceat. sed ut illas pauperibus eroget. tibi deseruiat. laudem et gloriã tue maiestatis ꝑdicet. pro te ac nois tui amplitudine cruciatus omes: morteqꝫ subire nõ dubitet. His dictis. mulieri visum est deũ ac virginẽ eius annuisse votis. Domũ itaqꝫ reuersa virũ cõuenit Remqꝫ omnẽ aperit. Honestũ cõsortiũ. diuinũqꝫ cõiugiũ ineunt. ac filium gignũt. Erat annus hic ab incarnatione

verbi Millesimus ducentesimus nonagesimus quintus.
Olimpiadis vero Quingentesime nonedecime annus se-
cundus Quo Rochus ille felix et diuinarũ rerũ peritissi-
mus in lucẽ emersit. Cuius noĩs interp̃tacões ceteris re
linquamus. cũ multe varieq3 ab eruditis viris describãtur
Hoc vnũ tamen fateri audeo. virũ fuisse omĩbus sceleri-
bus exutũ: virtutibusq3 refertũ. Nec mirũ cuipiã videat.
hunc deo aspirãte genitũ. Nã q̃s neget mulieri diuini spi
ritus aurã ingeri posse: et ab ipo deo quedã sobolis prin
cipia infundi. ac deũ cũ hoĩe charitatis cõmunionẽ habe
re. Ex qua quidẽ gratie sequũtur. quarũ auxilijs hominẽ
hoc pacto generari nõ absurdũ videt. Nec mirũ hoc eius-
cemodi existimes: vt que fabulis p̃dita sũt. apud phryges
de atti. apud bithinidas de herodoto. de endimione apd
archadas. et apud Romanos de numa. Quos omẽs cũ
immortalibus cõsortiũ habuisse fabulantur. diuinitatẽq3
inquiũt sapientũ cõgressus minime aspernari. Uana hec
et gentilibus p̃pria. ea eñ tempestate demones: diuina tñ
p̃missione p̃ arbitrio agebant. Nos vere qui sacrosanctã
ecclesiã imitamur: sic Rochum genitum arbitramur vti
Joannem baptistã ex helisabeth et zacharia senio iã cõ-
fectis. diuino afflatu. eo p̃ bonitate et erga deũ fide geni-
tũ fuisse credimꝰ. Mater itaq3 mire pulchritudinis pue-
rũ et rubra cruce in pectore signatũ: cõspicata obstupuit.
Sũmaq3 voluptate affecta est: existimãs eũ deo fore gra
tissimũ. Illũq3 p̃prijs vberibus educare decreuit. Qui si-
cut miraculo cõceptus ac genitus. sic bonitatis ac sancti-
monie signa p̃sagiaq3 sanctissimus infans p̃setulit. Nam
cũ mater in beate virginis memoriã mercurij et veneris
diebus semel tantũ vesceretur. Puer quoq3 ut et ipe ho-
norẽ deo redderet et inedie corpus tenella etate dispone-
ret. ijsdem diebus semel tantum lac ex vberibus hausit.
Cũq3 ad quintũ etatis annũ peruenisset. ab apostolo paulo
edoctus vt corpus castigaret et in seruitutẽ redigeret. ci-
bo potuq3 parcissime vtebatur. Duodecimũ vero agens
annũ delicias omẽs et magnificos apparatus. impensas

amplioresq sumptus prorsus abiecit: in pauperes et ege nos liberalitatē cōplecti maluit. Exteros p̄terea et pere grinos eque ac ꝓprios ciues dilexit: hilari facie: sermone fere diuino: hūanitate: dignitate: animiq splendore cete ris omnibꝫ id etatis p̄latus eundē se mortalibus prestitit. Pauperes vero p̄ ceteris obseruare: solari: iuuareq ꝓ vi rili sua ꝓposuit. Si quid vero tēporis illi superat, non ad voluptates et delicias animo declinabat: sed ad sūmi dei cultū. eiusqꝫ vires et amplitudinē inquirēdo. Quantū eta te poterat sumopere fretus ingenio: tantū ꝓfecisse cūctis visus est. vt magnū et singulare nomen atqꝫ gloriā adep tus sit. Johānes interim pater etate morboq grauatus mortē subueritus Rochum accersiri iubet. quē in hūc mo dū allocutus est. ¶ Tempus adest mi fili quo seculi hu ius tempestates: ꝓcellas: fluctuationesq deseram: et meo rum operū premia cōsequar. Cū deo quoq immortali. si me hoc munere dignabit᷑ locū habeam. Uerū cū te pre ceteris oīnibus diligā. et in te vno exornādo curas oīnes cogitacōnesq desiterim. quedā tibi cōmemoranda existi maui. que ad bene viuendū cōducere visa sunt. Te itaq ꝑ superos oro ac obtestor. vt mea hec p̄cepta non despicias. Deū igitur in primis colito et saluatoris nr̄i tormēta cru ciatusq sepissime reminiscitor. quibus nos saluos esse vo luit: humanūqꝫ genus oīni scelerū ac viciorꝫ labe depra uatū: ꝑditūq: insonti cruore: ab imis acherontis penetra libus: eterneqꝫ noctis in lucē reuocauit. Pupillis item et viduis idq genus oīnibus. alieno suorūqꝫ p̄sidio destitu tis opem ferto. Auaricie p̄terea tenacitatē: flagiciorꝫ oīm ꝑniciosissimā. quā nemo sapiens vnq̄ꝫ secutus est caueto. Nam si fortunas quibus abundamus pauperibꝫ eroga ueris: si virgines parentibus atq opibus destitutas viro locaueris. si mulieres obscene prostitutas ab errore sub tractas. cōiugio deuinxeris. si deniqꝫ clementiā obserua ueris . scito te hominibus ac ipsi deo gratū fore. si hospi talitatem celebraueris. si morbo grauatos adire et mani

bus tractare non indignū putaueris. cūcti mortales dei cōsorcio te dignū iudicabūt. ¶ Rochus obtemperaturū se patri promittit. qui paulopost e vita migrauit. Iustis itaqꝫ exequijs patricio more. solemni pompa pactis dum sanctus hic adolescens in lachrymis adhuc esset. patrijsqꝫ funeribus augeretur. priusqꝫ vicesimū exegisset annū: matrem squalore. meroreqꝫ cōfectam amisit. Eorūqꝫ igitur que pater monuerat non oblitus. nō inercie aut socordie non luxui aut vicijs deditus: non lasciuijs aut nequicijs pensundari passus est: Verū luce doctrinā imitatus. qui inquit. Vendite que possidetis. elemosynam date. sacculosqꝫ vobis facite qui non veterescūt. thesaurū indeficientem in celis disponite. quem fur nō appropriat: neqꝫ tinca corrūpit. Hereditarias opes egenis clam impartit. christi dogmata imitatus. Qui vetuit huiuscemodi distributiones in ppatulo fieri: ne suā quisqꝫ distributor in hoc seculo ex ea gloria mercedem caperet. Sanxitqꝫ dexterā: sinistre manus negocia in pauperū elargicōnibus ignorare. Exhausto igitur ad dei et virginis honorē ac laudem peculio. Paternisqꝫ monitis. quantū ei p etatē licuit studiose pactis: patrie se parū prodesse ratus. principatu se abdicauit. Patruoqꝫ oppidis que a patre susceperat prefecto ac summa reipublice tradita. ipse in italiam proficisci statuit. Breui quadā coccinea veste indutus. viliqꝫ palliolo suprapposito: pileo: pera et baculo sumptis. pedibusqꝫ perone munitis. nullo comitante Romam versus iter dirigit. superatisqꝫ alpium iugis et amfractibus italiam ingressus ad oppidū appulit. quod accole aquā pendentem nominant. Idem eñ seuissima pesta vexabatur. Qua re intellecta Rochus ad hospitale cōfestim se cōtulit. vt pauperibus egrotantibꝫ inseruiret. Euocatoqꝫ vincentio hospitalis magistro: eum sic alloquitur. ¶ Sentio locum hūc peste laborantibus refertū. teqꝫ vnū esse qui a ceteris destitutus solus his inseruias. Quod cū ita sit vt me tibi sociū adiūgas oro, quo facilius eos curemus. Iuua

bo te donec vita superit. Cui vincentius Et si mi hospes non vulgaris tua est erga proximũ charitas: et in deum fides: Tua tamen etas adeo tenella et forme tue prestantia laborem hũc assiduũ: immensumqȝ fetorem minime patietur. Ad hec Rochus Nõne in sacris codicibus legitur Diuino fretis p̃sidio nihil esse difficile. Si modo actiones nostras ad eius cultũ nulla mortali spe pellecti tendimus. cuius amore huc accessimus. Scriptũ est eñ Quodcunqȝ vni ex minimis meis fecistis: mihi fecisse existimo. Negat vincentius Rochum id sine maximo vite discrimine experiri posse. Peste grauatos om̃es esse plurimosqȝ dietim extingui. neminem autẽ euadere. deum ip̃e testatur Cur inquit huic tanto periculo te obijcias. mortiqȝ exponas. Quot hic sint lachryme: quot clamores: quot vlulatus: difficile dictu est. Contra nihil voluptatis: nihil ocij: nihil deniqȝ quietis est. At Rochus. Nonne scriptũ est. Ubi maius est periculũ: ibi et premiũ longe maius esse necesse est. Nõ eñ vnusquisqȝ ciuica: vallagij: murali: obsidionaliue corona donabatur. Sed qui ciuem Romanũ ab hoste seruasset. aut vallũ transilijsset. murũ primus cõscendisset. seu ciuitatẽ obsidione liberasset. Que omnia ut magna et ardua. ita et immortali gloria merito prisca illa etas decorare cõsueuit. Si igitur hac vana et mortali gloria pellecti: nõ opes modo ac vires Uerũ vitam animãqȝ effundere non dubitarũt. Cur nos qui christũ imitamur vite parcamus. presertim cũ in sacris litteris habeamus Non coronari nec sup̃nos lares ingredi: locũ ve in celo definitũ habere: vbi ꝑpetuo euo fruantur. nisi eos qui legittime certauerint: et animã suã odio habuerint. Fac igitur obsecro. vt egrotos adeam. Tum vincentius hũc hominẽ quasi a deo missum existimãs. veritus ne si eũ repelleret: deũ ip̃m ad iracundiã excitaret. suisqȝ egrotis boni aliquid adimeret: censebat eñ hunc diuinũ hominẽ illis auxilio et saluti fore. Quapropter eum ad valitudinarios ducit. Quorum omniũ dextras tangit: signoqȝ crucis cõ

munitos peste liberat. ac dum ciuitatē lustrat idem sedu-
lus agit. Qua ex re stupor omnes inuadit. At peste solu-
ti. deum eiusqz nomen ad astra tollūt. Hunc vero e celo
missum. diuinitusqz in tanta mortaliū clade donatū arbi-
trantur. Ciuibus itaqz et incolis quos in pristinā valitu-
dinem reduxerat Rochus iubet ne eius nomen prodāt.
Oppidoqz illo relicto cōfestim cesenā (togate gallie vr-
bem) eodē morbo correptā ꝑfectus: eam incolumem red-
dit. Quibz confectis Romā longius itineribus cōtendit.
quā supra ceteras italie vrbes infectā: cōtaminatāqz ꝑsen-
serat. Quo delatus ad britonicū quendā Cardinalē: bo-
nitate et moribus parē diuertit. qui apud pontificē maxi-
mū: summe auctoritatis erat: et habebāt cūcti eū deū gra-
tissimū. et sanctimonie specimen esse ꝑdicabāt. Cui Ro-
chus errata sua cōfiteri voluit. eucharistiāqz ex ipi⁹ opti-
mi viri manibus sumpsit. Qui cū faciē Rochi intueretur:
et ex ea diuinū quoddā lumen emicare cōspexisset obstu-
puit. maximaqz illū veneracōne ꝑsequebat. Orauitqz vt
vrbē peste pene obrutā liberaret. Urbem inquā christi se-
dem quondā orbis terrarū caput. sanctoꝝ hoīm domici-
liū. bonarū artiū ac liberaliū disciplinarū olim nutricē. ac
diui petri tēpestate innocentiū viroꝝ hospiciū. Hecimme-
rito. mūdi caput appellatā. At Rochus Mortaliū inquit
Reuerende pater salus: morsqz a diuino rerū opifice pen-
det. Ille enī voluptatibz: nequicijs: ceterisqz sceleribus im-
plicitos: et ad peccandū ꝓclines dānat Ille virtutibz: mo-
rūqz integritati ac iusticie deditos ꝓtegere ac fouere nō de-
sistit. ille egrotos liberat: mortuosqz ad vitā reducit. Eum
itaqz orato. q̄ neminē ad ipm cōfugientē repellit. crucisqz
patibulo suffixis manibz oēs euocat. illos amplexurus q̄
ad eū cogitacōnes conuerterint. Erectis tū ad celū oculis
deū sic orat. ¶ Et si clemētissime parēs Cardinalis hui⁹
sāctissimi ꝑces. multo plus pōderis apd te nr̄a oracōe ha-
bent. tū ut glīe tue splendor: nominisqz amplitudo clarius
ducecat. Preces meas ad te profundere non dubitaui.

Patiare vrbem hāc sacrosancte ecclesie sedem. pietate atꝫ clemētia tua ab hac seuissima cōtagione liberari. Uirūqꝫ hūc sanctissimū in crucis tue signo ab omni periculo seruari. ¶ Qua oracōne habita Rochus cruce Cardinalis frontē signat Ita ut eius impressio cutē penetraxit. Acsi cauterio crux fuisset inusta. Domū itaqꝫ cardinalis egressus a ꝗ̄pluribus postulatur. quid sibi crux illa significet. Quibus ille. vir quidam diuinus me ut a peste seruarer. cruce hac muniuit. Laudabant nōnulli. Alij quāplures Cardinalem ut crucē deponeret que faciē dehonestabat hortabātur. Pudore ductus Cardinalis domū reuersus Rochum orat ut crucē ei demat: ne omībus ludibrio sit. Ad quē Rochus. Nemo seruoꝝ est reuerende pater: qui dn̄i sui militis aut imperatoris insignia ferre nō glorieẛ. Quapꝑter Andreas et petrus apostoli cruci suffigi non modo nō turpe sed etiā gloriosum putauere. et illā tā acerbam mortē pati voluere. vt christū ꝑceptorem imitari viderentur. Franciscus item paulo supra etatem nostrā vir sanctissimus. stigmata suscipere in victorie et glorie signū nō est veritus. Cur tu igitur hoc cōtemnis? In quo dei filius vt te ceteros saluaret sūmo dedecore clauis affixus hastaqꝫ cōfossus est. ferto igitur vite: salutisqꝫ vexillū. quo gratiā cōsequaris. Legitur enī Qui ad vitā vult ingredi: crucē tollat: eūqꝫ sequaẛ qui sibimet nō pepercit. Quibus dictis Cardinalis cōfestim acquieuit. crucēqꝫ gestare statuit. et Rochum ad pontificē deduxit. Illūqꝫ esse edocuit qui ei crucē inussisset. Rochus autē in terrā ꝓstratus: et ad pontificis pedes ꝓuolutus. lachrymis eos rigat. suorūqꝫ peccatoꝝ veniā deposcit. Pontifex hominē cōspicatus venia nō indigere inquit. diuinūqꝫ esse hominē affirmat. Tum Cardinalis vnde hanc in eo prestantiā cognouerit rogat. Cum primū inquit hūc cōspeximus. ex eius oculis radij quidā ꝓfundi videbātur. qui nos in admirationē ac stuporē deduxere. Ad Rochūqꝫ cōuersus. qua patrie. quibusue parētibꝫ ortus esset interrogat. Rochus vero: siue ut pōtificē cōtemplareẛ. cui celestis regni claues

Potestasq; soluendi ac dissoluendi cõcessa erat. sup qua petra omnis ecclesia constructa est. Aut forte veritus ne si patriã parentesue ediceret. omnibus cognitus ab insti tuto detraheret: subticuit. Impetrataq; a summo ponti-fice venia Cardinalẽ secutus est. cuius cõtubernio trien-nio vsus Cũ e vita Cardinalis decessisset Rochus Rome amplius morari noluit Urbẽq; egressus: et oppida queq; finitima circuit: et peste interceptos diuine crucis impres sione saluat. Rochi virtute summũ deum colebãt lauda-bãtq;. Q scilicet tantũ homini tribuisset vt mortuos ab inferis pene reuocaret. Qui cũ omnẽ fere togatã galliam morbo correptã liberasset in transpadanam vrbem truci pestilentia vexatã se contulit. et ad hospitale quoddã di-uertit. In quo vti benigne susceptus: ita egrotantes pro more ad vnũ videt. signat. saluat. Labore igitur somnoq; grauatus lectulo se psternit. ac dũ quiesceret amenissimã vocem in somnis audit. Roche mi. qui itinera. algorem. inediam. ingentesq; labores ppessus es. dolorem quoq; ac tormenta et corpis cruciatus meo intuitu te pati ne-cesse est. Cuius vocis dulcedine expgefactus. acuta febre (tanq̃ gladio sinistra coxa trãsfixa) se grauatum sensit. Ita ut cũ ardore doloreq; nullã quietẽ cõparare. nec voci quidẽ tẽperare posset. oculis ad celũ directis inq̃t. Et si an tea dulcissime ihesu me seruũ tuũ esse existimauerim Nũc vero cũ me tormentoꝝ tuoꝝ parte donaueris et me illis dignũ feceris: carũ me tibi ac iucundũ esse cõpertũ ha-beo. Cuius amore dulcia hec mihi videntur p quo mor-tem quoq; non subterfugio. His dictis rursum clamare occepit. Infirmi vero qui affatim eo ducebantur. omnes in Rochum cõclamant. orantq; ut sileat. ac dolores qui clamore nõ tollũtur patienter vti ceteri ferat. At sanctus ille charitate ardens. ne ceteris impedimento esset. hospi tale exijt seq; ante fores humi prostrauit. Pertrãseuntes autẽ hospitem obiurgabãt iubebãtq; illũ introduci. existi mãtes id hospitis incuria factũ. Negat hospes eũ cũ cete ris morari velle. ne illoꝝ quietẽ pturbaret. Qua de re ipsa

nus ac demens ab omnibus habitus. ex vrbe ꝑpellitur. Tum Rochus deo comite baculo innixus ut potuit ad nemus vrbi vicinū proreፆsit. Cum vero grauissimo do-lore premeretur ad arborē cornū quādā cōstitit. ibiqꝫ ali-quantisper cōquieuit. mox in proximū quoddā tuguriū se recipit. Rursus in hūc modū precatur. ¶ Quantū ma-iestati tue debeam mitissime ihesu. qui seruū tuū experiri noluisti. Eumqꝫ meritis excruciare tormentis nō ignoro Quoniā egrotis fortasse nō ea charitate. vti amor in me tuus expostulat opem tulerim. Imbecillitati nostre tua clementia ignoscas obsecro. nam q̄s mortaliū est qui pro meritis tibi valeat inseruire. Itaqꝫ ne destituas me ihesu clemētissime: neue solū hic interferarū seuiciā omī destitu-tum ꝑsidio cadere patiaris. Deus autē admirabilis. qui seruos suos nūq̄ꝫ deserit Nubeculā cōfestim e celo demit-tit. que ad tugurij hostium delapsa aque fontem sub ipsis Rochi pedibus profudit. qua scaturigine mirū inmodū oblectatus Abluto corpe et aliquantulū refrigerato: dolo-rem illū acerbissimū aliqua ex pte lenisse visus est. Quem quidē fontē ad hec nr̄a tēpora seruatū intuemur. Uerū ne potū modo. sed et cibū ei tribuisse videref. ne inedia peri-ret et gratū sibi esse illū ostenderet. Ceteris quoqꝫ tolerā-di exemplū pberet Mirū quoddā et antea inauditū po-tentie sue testimoniū tulit Rus em̄ quodpiā huic nemori vicinū: frequentibus edificijs. maximo sūptu erectis erat Quo primores illius ciuitatis cōfugerāt. quos inter Got-hardus familia nō ignobili. vir opulentissimus erat. Hic seruos q̄ꝫplures habuit. canesqꝫ ad venandū aptos. Ex quibꝫ vnus ad mensam heri audacius ꝑgressus cū Got-hardus discubuisset: panē pter cōsuetudinē ex ei⁹ manu rapuit Indeqꝫ ꝑfugiens ad Rochum defert Herus hoc paruifecit: familiaritati: necessitatiue tribuens. Uerum cū sequenti die in prandio et cena idem fecisset Ira cōci-tus Gothardus. seruos quasi cibum nō pbentes. cōuicijs prosequitur. At illi Cibū huic ceterisqꝫ canibus here vi-uit deus prestam⁹ inquiūt. et q̄d sibi hoc velit ignoram⁹.

Quod cũ audiuisset si denuo canis id moliretur: illũ se-
qui statuit. Uenit paulo post panẽq3 vti ceperat: rapuit.
Gothardus vero cõfestim cibo relicto illũ fugientẽ sequu
tus est. qui panem ad Rochi tugurũ detulit. eiq3 recli-
nato capite panẽ porrexit. Quẽ Rochus accipiens bene
dixit. At Gothardus qui illũ cõtinenter obseruauerat stu
pore cõpressus inquit. Inextricabiles sunt vie tue iesu ad
mirabilis infinita potestas tua. singularis bonitas: et in
homines tibi seruientes immensa pietas. Qui esurientes
bonis imples: diuites vero qui opibus magis q̃ tibi in-
seruiũt egenos reddis. Quiq3 helie coruo ministrãte cibũ
p̄buisti. Accensus igitur diuino ardore Gothardus: pro-
tinus ad Rochi tugurũ p̄uenit: illũq3 humi prostratũ
interrogat. Quisnam esset. aut q̃d mali pateretur. Tum
Rochus eũ obsecrabat: ut procul absistat. Se em̃ peste
vexari nũciat. Gothardus domũ reuertens: secũ sic ani-
mo volutat. Heu me miserũ et infelicem: diuinoq3 lumine
orbatũ. Canis hic meus: cui ingeniũ natura negauit et
brutis ãnumerauit. cuius vitã: mortẽq3 idem existimari
licet Miselli huius egrotãtis cõmiserescens: tanta indu-
stria: tantoq3 artificio ei cibum quesiuit. inuenit. attulit.
Ast ego: qui diuicijs habundo: cui a natura ingeniũ tri
butũ est: et cõmiserendi vis nõ ignarus. Bonũ nullũ apd
deũ inmortalem absq3 premio dimitti. Operũq3 meorũ
mercedem expecto. Patiar ne sanctũ hũc hominẽ solum
inter feras et vepres. ab om̃ibus derelictũ interire. Auer
tat deus tantum crudelitatis aut seuicie in me cõtineri.
Ad Rochum itaq3 extemplo reuersus: his verbis eũ al-
locutus est. Sentio me beatissime vir deũ: teq3 simul in-
iuria affecisse. crudelitatẽq3 in te exercuisse. Reuersus itaq3
tecũ in hoc tugurio mansurus sum: nec domũ rediturus
priusq̃ bonã valitudinẽ adeptus fueris. Tuus hic ad-
uentus Rochus inquit Eo mihi gratior. quo diuina pru
dentia potius q̃ humano cõsilio factũ existimo. Que ho-
minũ corda rore sui spiritus p̄fundit. que futura om̃ia ab
eterno prouidit. que bonũ nullũ sine amplissimo munere

pretermittit. malū autē nullū qd nō puniat: et iusticiā clementie immixtā: omni seueritatis rigore omisso: complexa est. Neqꝫ adeo in bonos: pietatis sue oculos defixit: vt malos deseruisse videatur. Eis autē quos elegit viā rectā ostendit, quēadmodū in te fecisse cōiicio. Qua ex re mihi pspicuū est. Posteaqꝫ rubore ac timore omisso: illi inseruire desideras. te gratū illi esse. Perge itaqꝫ ut cepisti. quo felicitatē cōsequaris. quā deū tibi promisisse videre mihi videor. Hec et qꝫplura alia dū diuini hoīes fabulātur. tantū huiuscemodi sermones ptraxere. ut fame premi inciperent. Admirantqꝫ sunt mirū immodū: canem ut cōsueuerat panē non attulisse. Gothardus itaqꝫ Rochum alloquitur. Quo pacto mi pater cibum tibi cōparabo. Cui Rochus Futura nequaqꝫ querenda sunt. Modo spem nostrā in eū locauerimus. qui recto iure omnia regit. qui necessarijs in rebus nunqꝫ defuit. in supfluis vero nunqꝫ abundasse visus est. Tamen primi parentis errore: mortalibus iniūctū est. vt labore sudoreqꝫ sibi victū acquirent Tu itaqꝫ baculū. perā. pileū: palliūqꝫ sumito. et circūuicina loca plustrato. ac panē ostiatim mendicato. Nullum equidem pater (Gothardus inquit) laborem subterfugio. modo deo immortali tibiqꝫ cōplaceam. verū omnes qui hec loca incolūt me norūt. nec sibi vnqꝫ psuadebunt. Me aut tante sanctitatis esse: aut in tantā incidisse miseriā vt mendicare debeam. Sequere christū et apostolos Rochus inquit Qui quāuis dei filius esset: cuius verbo cūcta ex nihilo creata sunt. tamen a mortalibus victū querere deus et homo nō erubuit. Qui vero eū sequebantur: relictis oībus. mendicare sibi gloriosum existimauerūt. His motus Gothardus letus. placentiā profectus est. Hic dum quasdā domos pcurrit et panē petit. cū illū ditissimū esse cūcti nō ignorarent. ab omnibus ludibrio est habitus. Ad amici tandē cuiusdā ostium declinat. quo familiarissime vtebat. Cū vero ab eo cognitus fuisset. ira cōcitatus amicus Gothardū quibus potuit cōuicijs et cōtumelijs impetit. acsi patrimoniū optimus vir ille qd erat

amplissimũ ꝑfusissime cõtriuisset. Cur inquiens panẽ canibus parcius nõ exhibuisti. quem si moderate illis tribuisses: hac miseria careres. ac domi te sine familie tue dedecore cõtineres. Si vero tantillum prudentie aut sapientie in te fuisset: domi potius inedia mori. q̃ȝ tuoꝝ iniuria mendicare debueras. Uerũ postq̃ȝ ad hãc inopiam: egestatẽq; : tua culpa: tuis erroribus prolapsus es. Uiue miser. Abi hinc scelerate. Abi familie tue dedecus. malleo securiq; dignus. Recessit igitur gothardus. iniurie cõtumelieq; impatiens. Querebat em̃ amicũ cui plurimũ fidebat. nullũ erga eũ beniuolẽtie signũ ostendisse. Tota dehinc vrbe ꝑlustrata cũ duobus vix panibus ad Rochum regreditur. et illi rem omnẽ aperit. Tum Rochus. Amicus ille tuus: qui dei seruũ despexit peste sautius dolore ingenti vexatur. e vitaq; hac luce migrabit. Illoꝝ tamen ignorantie cõmiserescendũ est. Quapropter ciuitatẽ visere egrotosq; in dei virtute sanare statui. Tu interim hospiciolũ. tuguriũq; hoc nostrũ obseruabis. Sequẽti autẽ luce Rochus nondũ liber. sumpto baculo illiq; innixus placentiã vt potuit ꝑficiscitur. hospitale ꝑ more visitat. egrotos hilari facie: amenissimis verbis consolatur. tangit: et signo crucis liberat. Per vrbẽ autẽ ꝑgressus: eo morbo laborãtes in deoq; sperãtes: ad pristinã valitudinẽ reducit. Sole autẽ ad occasum inclinato. tuguriũ repetere cõstituit. Solus itaq; ꝑ siluã incedit. bruta quoq; aduersa valitudine vexata: ad Rochi pedes ꝓuoluta sanitatẽ poscebant. Quãplures p̃terea eũ extra vrbẽ. rerũ magnitudine moti ꝓsecuti sunt. vocẽq; de celo missam audiuere clamantem. Roche Roche. orationẽ tuã exaudiuim⁹. sanitatẽq; tibi donauimus. In patriã itaq; deo aspirante reuertere penitentiã acturus: ut sanctoꝝ numero ascribaris. Obstupuerũt cũctoꝝ animi. q͛ nouũ et inauditũ nomen audiuissent. Ex his vnus deo acceptus arbitratus Rochũ illũ esse qui infirmos sanabat. certior tamen fieri cupiens Siluã ingressus ad Rochi tuguriũ se cõtulit. ibiq; eo inuento. Salue inquit Roche sanctissime. cũ ꝓspectũ habeã

deũ tui misertũ. sanitatẽ bonãq; valitudinẽ tibi reddidisse et te in patriã reuocasse. priusq̃ hinc discederes te visere volui. Et q2 deo te gratissimũ esse ꝑcepim⁹. vrbẽ hãc nostrã et nos oẽs ac fortunas nr̃as tibi cõmendam⁹. et tuo auxilio fouendas tradimus. Rochus qui nemini adhuc nomen suũ ꝑdiderat. quis te inquit nomen hoc meũ esse edocuit. Jlle rẽ ut acta est enarrat. Rochus primo autumãs neminẽ p̃ter se vocẽ illã audiuisse. hunc quoq3 intellexisse didicit. Genibus ad terrã flexis hunc orat ne mortaliũ cuipiã aperiat eũ Rochũ esse. vt ignotus liberet sine animi molestia in patriã redeat. Jlle se facturũ ꝓmittit. Gothardus autẽ pauloante. peste Rochũ sanctũ sauciũ vix ambulare potuisse. mox liberũ ⁊ incolumẽ euasisse cõspicatus. diuinò munere id factũ existimãs: maiori veneracõne illũ est ꝓsecutus. Ad quem conuersus Rochus. quibus potest racõnibus hortatur: vt in siluis vitã degeret: et deo inseruiret Qui docet in doctrina. qui exhortat̃ in exhortãdo. qui p̄est in sollicitudine. Sacculũ itẽ cõtexat q̃ tineas nõ formidet. taleq3 se superis p̄beat ut eũ celesti cõsorcio dignũ illi existimẽt. Cũ vero ad mortẽ ambo puenerint vti in hac fluctuosa rerũ ambage. erũnarũ laboruq3 socij extitissent. ita in vna diuino lumine fruerentur Quo inq̃t viso mi Gotharde: nihil vlterius querit̃: nihil appetit̃. cũ in eo sint om̃ia: que ad ꝑfectã diuinitatis maiestatẽ ↄcurrũt. ita ut nullã sacietatẽ reddat. Uerũ enixius aliq̃ñ spectãtes: quo magis illõ intuent̃. eo magis videre cupiũt. Juxta illõ sacrũ. Spũs me⁹ supra mel dulcis. et q̃ me edũt adhuc esuriũt. et q̃ me bibũt adhuc sitiũt. Eya igit̃ mi gotharde: illũ sequere: q̃ ex nihilo creauit oĩa: qui nos oẽs non amat solũ. sed fouet ⁊ cõplectit̃. qui nõ fortunas nostras. nõ vxores: non liberos: non deniq3 mortalium rerum quicq̃. verũ cordis ardorẽ eius amore et charitate accensum. non suo sed nostro cõmodo optimi parentis more requirit. Cui Gothardus Diue pater inq̃t Scito me omnia facturũ Si modo tecum peregrinari passus fueris. Jtinerisq3 comitem me tibi adiunxeris.

Aut saltem vnam tecū hic aliquātisper immoratus fueris
quo disciplina ista tua imbutus. facilius heremi incōmo
da sufferam. Qd cū Rochus intellexisset: non parū huic
viro. iam ad bene beate recteqꝫ viuendū inclinato se pfu-
turū ratus. mutato cōsilio morā dierū aliquot sub veteri
solitoqꝫ tugurio. cū Gothardo traxit. Quo tpe Rochus
diuinarū rerū peritissimus. pauli heremite dogmata: hie
ronymi: antonij. ceterorūqꝫ qui in heremo vitā cōtriuere
instituta Gothardū edocet. Quibus pactis: relicto in sil-
ua Gothardo Rochus deo comite longis itineribus in
galliam delatus est. Que armoꝝ strepitu bellorūqꝫ turbi-
ne vexabat̄. In patriā itaqꝫ iter dirigēs ad oppidū quod-
dam puenit. quod Rochus patruo vti iam diximus do-
nauerat Prefectūqꝫ eius loco suffecerat. Is in templū p
more cōcessit. qui a lictoribus cōprehensus (exploratorē
enī illū arbitrabātur) in vincula cōiectus ad principem
deducitur. A quo quisnā esset interrogatus Jhesu christi
seruū et peregrinū esse inquit. Orauitqꝫ vt vota sua prose
qui eū sineret. Princeps Rochum ob habitū et squalo-
rem haud quaq̄ꝫ agnoscebat. illūqꝫ in carcerem ceteroꝝ
omniū maxime tenebrosum. belli suspitione: formidineqꝫ
cōpressus detrudi iussit. et custodibus imperauit vt illum
diligenter obseruarent. Qua ex re Rochus deū immor-
talem id genus erūnarū. qd grauissimū videbat̄. vt illum
elegisse arbitratus est. illi gratias habens qd omi crucia
tus genere eū dignū fecerit. Carcerē itaqꝫ ingressus. tene
brarū: fetoris ac scorpionū socius: ad terrā reclinato ge-
nu: deum ac virginē orat: ne illum deserāt. virtutē prestent
quo facilius cetera incōmoda patiat̄. Hic igit̄ maximis
laboribus. maxima vite austeritate: vigilijs: verberibus
corpus cedendo: tanta abstinentia ut coctum aliqd sume
re luxuriā putaret. Tantum deniqꝫ corpus cōtriuerat vt
vix squalida mēbra humi colligeret. Quinquenniū ibi cō
sumpsit. Quo exacto se ad extremū vite deuenisse ratus.
carceris custodes vt sacerdotē quēpiam ad eū introducāt
exorat. Deductus igit̄ sacerdos carcerē: lumen necunde

crude .i. de nullo loco

acceptantē.splendore pspicuū ingredit. Qua de re mirum immodū obstupuit. Rochū deinde intuens.et faciē ipius diuinū quidpiā spirare.fulgorēq3 oculoꝝ admiratus:semi anim⁹ factus.verbum vix eloqui ausus est. Et quid vellet Rochū postulauit. Tūc ille ad sacerdotis pedes pu͡olu tus:delictoꝝ veniā implorat: rogatq3 eucharistiā sibi da ri. Sacerdos lachrymās ad principē se cōfert ac monet q3 modestissime graui iniuria deū affectū esse q sanctissi mū hominē omi ,prsus scelere alienū quiquennio iam in carcere tenuerit: vite austeritatē.hominis patientiā.lumi na pterea in carcere visa narrauit.que oīa sanctitatis indi cia sunt. Hac re passim p opidū vulgata. ducti pietate opidani videndi hoīs desiderio tenebant.et se ad carcerē cateruatim cōferūt. At Rochus morbo correptus cū ali quātisper quieti se dedisset: dei nūcius ei in somnis visus est.sic inquiēs. Tēpus est mi Roche vt tuā hāc sanctissi mā animā in patris sinu collocē. Quāobrem. si qd pro te aut mortalib3 quipiā optandū posuisti.anteq3 e vita mi graris.a deo optimo maximoq3 petito.fiet em̄ qdcūq3 op taueris. Tum Rochus parēs inqt mitissime.qui populū tuū ab egipcioꝝ manib3. sinus arabici pelagio liberasti. Qui loth in te sperantē ex vrbibus nequissimis cathaclis mo eripuisti. Qui ionā seruasti. Qui nullū in te sperantē reijcis.neminē frustraris.oēs in te cōfidentes z auxiliū tuū implorātes.qui nomen aut patrociniū nrm inuocauerint A seuissima peste seruare.ptegere ac tueri nō dedigneris Nec id nris meritis:sed miseracōnis z clemētie tue mag nitudo:oracōni mee cōcedat. Hāc pterea miserā z sontem animā:tua pietate maiestatis tue cōspectu dignaberc.quā uis nihil vnq3 in hac vita egerim.vt tanto munere dignū me fuisse existimem. pietatis tn̄ et clementie tue vim erga me benignissime ihesu ostēdito. Qua oracōe habita. deū optimū maximū.clementissimū (cui⁹ esse obiectūq3 illud beatificū viuēs adhuc in celū raptus cōspicatus) optatis suis annuisse cognouit. Que munera etsi rerū oīm opifex suapte potētia mortalib3 elargiri potest.maiestatis tamē

sue munificentiā clementiāqꝫ sanctoꝝ suoꝝ meritis ita ex
poscentibus veluti instrumentis quibusdā in nobis exer-
cet. Uoluit eñ deus suo noīe demonia eijcere. serpentes
tollere. sup egros manus imponētes: ad pristinā valitudi
nē reducere. Exorata igit̄ diuine amplitudinis claritate
Rochus humi deiectus. oculis ad celū reuolutis. artu-
busqꝫ modestissime cōpositis. animā superis redit. Tum
vero qui ad carcerē cōuenerūt lucernas ingētes intus p
quasdā riuulas lucescere inspiciūt. Id ad carceris custo-
dem deferūt. qui cōfestim reclusis foribus beatissimū cor
pus solo prostratū: ad caput et pedes lucernas ardere cō
petit. Ad latus vero tabella his lr̄is inscripta inuēta est.
Peste laborātes ad Rochi patrociniū cōfugientes. cōta
gionē illā truculentissimā euasuros. Qđ vbi ad principē
delatū est: magnitudine rei cōmotus. sanctissimū corpus
sūma pompa ad templū deferri iubet. Quā et ip̄e p̄sentia
sua exornauit. Principis vero mater cū Rochi nomen in
tabula cōpertū legeret. Filiū his verbis alloquit̄. ¶ Hic
nepos tuus est ex fratre genitus. Quo defuncto hic beni-
gne tibi imperiū cōcessit. et in ytaliā externasqꝫ regiones
pfectus est. Ut vero certiores reddamur: corpus adeam'
In cuius pectore si crucē cōperiemus: hūc illū esse scito.
Qua cruce inuenta. mater principē obiurgare occepit.
eius crudelitatē detestata. Cuius causa vir sanctissimus
inmerita morte ⁊ familie sue dedecore extinctus est ex quo
plangor et vlulatus fit Oppidani olim principis sui ca-
dauer: sanctissimūqꝫ corpus lachrymis humectāt oscu-
laqꝫ defigūt Justisqꝫ rite exequijs pactis: princeps ma-
gno impendio ei templū erexit Diem solennē quo diuus
Rochus obijt imperat Sextodecimo scꝫ kalendas sep-
tembris Anno christi M.ccc.xxvij. Olimpiadis ꝟo quin-
gentesime vicesimeseptime Anno secūdo. Qđ solemne sta
tutūqꝫ sacrū: ad hec vsqꝫ tp̄a ab incolis celebratur. Cui'
sanctissimi viri merita atqꝫ op̄a supra septimū et octoge-
simū annū ytalos latuere. Et eius corpus iā Uenecijs or-
natissimo templo reseruat̄. religioseqꝫ colitur. Anno vero

M.cccc.xiiij.kalendas vero iulias quintodecimo.christi fideles et Romane ecclesie prelati:quo grecorum heresim tollerent Omes in vrbem Constantiã germanie celeber rimã in vnũ cõuenere.vrbem illã pestis seuissima inuasit. ita ut omes de fuga cõsulerent.Arbitrati em sunt id de monũ opa factũ:quo dei ecclesiã.petriqȝ naniculã si nau fragare nõ possent:illã saltẽ agitare ac turbare conarent. At deus clementissim? nolens rẽpublicã christianã pde re.dum plati mortẽ formidantes ad vnũ omes vrbem re linquere statuissent.Adolescẽs quidã germanus.christia nã religionẽ labefactari timens.diuino numine afflatus supra etatẽ audacius patres sic alloquit.Etsi deus oim cõditor sacrosanctã Romanã ecclesiã christianãqȝ rẽpub licã et vrbem hãc saluare potest.voluit tamẽ sanctis suis pcipua quedã elargiri.quibus intercessoribus.mortales vota et optata cõsequãtur.Audio em Rochũ quendã a gallis summa in veneracõne habitũ.cuius meritis omes ad eũ cõfugientes.peste liberantur.Vobis itaqȝ consiliũ do patres optimi vt ad illum cõfugiamus omes.Cor pusqȝ nostrũ inedia castigemus.et sub Rochi vexillo sig noqȝ supplicacõnes p vrbem facite:ac illũ orate vt apud deũ cuius rem agimus pcibus instet:vt vrbi sua miseratione salutẽ pstare nõ dedignetur.Adolescentis cõsilium patres omes approbauere;et solẽni pompa Rochi ima ginẽ omi comitante populo p vrbem deferũt.supplicacõ nes p more agunt.corporaqȝ ieiunijs et verberibus casti gant.Quibus pactis.difficile dictu est.quã breui pestis illa euanuerit.Quapropter ciues et incole;omisqȝ cõuen tus:luctũ et merorẽ in gaudiũ conuertũt.Et sanctũ virũ maximo honore germani quoqȝ prosecuti sunt.Feliciter itaqȝ christianis rebus cõpositis soluto cõuentu ytali ad nos Rochi nomen detulere.Ad quos tandẽ longo post liminio reuersum basilicas.sacella.templaue in eius no men cõstruendi materiam prebuit.Ad que cõfugientes imagines.statuas.votorũ argumenta.et sanctissimi viri opera intuentur.Que si scriptis mandare velimus.diffi

cilius pfecto nobis esset principiũ q̃ʒ exitũ reperire. Quo propter consulto missa faciemus illa. ne si incuria nostra tantoꝝ operum merita: minus laudauerimus. illi glorie partẽ subtraxisse videamur. Hũc itaqʒ om̃es imitemur Hũc pijs oracõnibus psequamur vt deo simul et illi seruientes: eius supplicationibus diuine clementie munera consequamur.

Officiũ sancti Rochi

Congratulamini om̃es in domino diem beati Rochi cõmemorantes in cuius cõmemoratione letatur ecclesia. plebs exultat et angeli dulces dãt melodias dicentes: gloria tibi dñe qui talem virũ in cõfessorem elegisti. Ps Beati immaculati in via qui ambulãt in lege dñi. Gloria. Oratio

Deus qui es gloriosus in gloria sanctoꝝ. ⁊ cũctis ad eorũ patrocinia cõfidentibus sue peticõnis salutarem prestas effectũ. concede plebi tue: vt intercedente beato Rocho cõfessore tuo: que in eius celebritate se deuota exhibet. languore epidimie quã in suo corpore pro tui noĩs gloria passus est sit liberata. et tuo nomini semp sit deuota.

Epistola Ad Thimotheum.

Charissime. Memor esto ihesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundũ euangeliũ meũ in quo laboro vsqʒ ad vincula. quasi male operãs. sed verbũ dei non est alligatũ. Ideo omnia sustineo pter electos: vt et ipsi salutem cõsequãtur que est cũ christo ihesu in gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam. institutionẽ. propositum. fidem. longanimitatem. dilectionẽ. patientiam. psecutiones. passiones.

qualia mihi facta sunt Antiochie yconii : listris. quales psecutiones sustinui. et ex omnibus me eripuit dñs. et oes qui pie volūt viuere in christo ihesu psecutionē patiūtur.

ibi pio sancto Rocho honor sit et glā   Graduale.

et depcantes apud celeste numen : tuis pcibus morbo epidimie saluos redde. ℣ Fac quesumus beate cōfessor xpi. vt apd deū pces nostre nō sint vane. et nobis aeris temperiem cōcede et in fine tecū in celis cōgratulemur. Alleluia ℣ O beate cōfessor Roche q̄ magna apud deū sunt merita tua quibus credimus nos a morbo epidimie posse liberari. et aeris temperiem concedi. Alleluia.

In illo tpe. Dixit ihesus   Scd'm Mattheum

discipulis suis. Uigilate quia nescitis qua hora fur venturus sit. Illud autē scitote. quoniā si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset vigilaret vtiq3 et nō sineret pfodi domū suā. Ideo et vos estote parati: q2 nescitis qua hora filius hois venturus sit. Quisputas est fidelis seruus et prudens: quē cōstituit dñs sup familiā suam. vt det illis cibū in tpe. Beatus ille seruus quē cū venerit dñs eius : inuenerit sic facientē. Amen dico vobis : quoniā sup omnia bona sua cōstituet eū.   Offertoriū.

Te beatū Rochum christi cōfessorem exoratū facim⁹ et pces ad te patrē nostrū dirigimus. ut tua intercessione a languoribz epidimie saluemur et aeris tēperie potiamur.

Eterne deus. Qui immunentē ninuitis   Prefatio

interitū sola misericordia reuocasti : quibus ut propinator existeres cū oracōnis penitentia pstitisti. et huic populo tuo ante conspectū glorie tue prostrato orandi. tribue puritatē. et quē desiderat presta liberacōnis effectum. vt quos vnigeniti tui pcioso sanguine redemisti. nō patiaris misericordia tua mortalitatis interire supplicio. Per xpm dñm nostrū.   Secreta.

Arce nobis dñe. et flagella ire tue que peccata nr̄a merentur pcibus et meritis beatissimi cōfessoris tui Rochi a nobis misericorditer auerte. Per.

O q̃ magnificũ est nomẽ tuũ beate Roche Cõmune
qui tuis intercessionibꝫ multitudinẽ languentiũ nosti sa-
nare. et nomen tuũ gloriosum cõmemorantibus omnibꝫ
te ꝓpiciũ exhibere. veni et salua nos a morbo epidimie et
aeris temperiem nobis concede. Post cõmunionem.

Resta qm̃s omps deus: ut qui celestia sacramenta
ꝑcepimus intercedente beato Rocho cõfessore tuo
ꝑ hec cõtra om̃ia aduersa mũdi muniamur. et ab omni
morbo et peste ac a subitanea morte liberemur. Per.

Cõmemorationes que fiũt post missam et post euange-
liũ sancti Johannis In principio erat verbũ.


Quiescat ira tua dñe et esto placabilis sup nequiciã po-
puli tui. sicut iurasti ꝑ temetipm̃ Sãctus deus Sanctus
fortis Sanctus et inmortalis miserere nobis. Oro

Omnipotens et misericors deus. respice ꝓpicius sup
populũ maiestati tue subiectũ. et ne nos furor seui-
ens inueniat dextera tue ꝓpiciacõnis custodiat. Per.

Omnipotens sempiterne deus. qui p̃ci- Alia
bus et meritis beatissimi Rochi cõfessoris tui quã-
dam pestem hominũ generalẽ reuocasti. presta supplicibꝫ
tuis: ut qui ꝓ simili peste reuocãda sub tua cõfugiũt fidu
cia ipius gloriosi cõfessoris p̃camine. ab ipa et ab omni
ꝑturbatione liberentur. Per.

Ancto Rocho interueniente dñe seruitus nr̃a com
placeat et obsequia muneris nostri fiãt premia de-
uotorum. Per. Alia

Acro munere satiati supplices te dñe dep̃camur: ut
qd̃ debite seruitutis celebramus officio. interceden-
te beato Rocho cõfessore tuo saluationis tue sentiamus
augmentũ. Per.



Theoderici gresemūdi Junioris moguntini Carmen Elegiacū ad huius libri lectorem in laudem sancti Rochi.

Hunc quicūqz legis deuota mente libellū:
  Tu cole mirandi numina sancta viri.
Fumidus ether alit spiramina pestis iniqua:
  Nebula letiferam dat male fausta luem.
En iuuenisqz senexqz ruit perimente veneno:
  Mergitur en stigijs nō rediturus aquis.
Tepestasqz furit maris instar fluctibus acti:
  Corripit en multos heus rabiosa viros:
Rochum ergo nūc quisquis ades venerare beatū:
  Ad Rochumqz pias accumulato preces.
Roche pater miserū:spes:anchora pfugiūqz
  Prebe aurem famulis:roche pater miserū.
Munere te digno donauit rector olimpi:
  Tabificam ut valeas pellere ab orbe luem.
Deposcūt gentes tua numina fausta miselle:
  Morbus hic e nostris finibus exul eat.
Angelica atqz hominū manus exaturata ruinis:
  Nostrū neu pergat dilaniare genus.
At deus omīpotens conceptū corde furorē
  Euomat in teucros improbulosqz viros.
Utqz lupis sua nō cōmittat ouilia:sed nos
  Funesta tegat ab orbificaqz luc.
Hec te Roche pater lachrymis rogitam⁹ obortis:
  Pro nobis dñm posce benignus opem.
Nāqz potes:modo nūc deditos tueare clientes:
  Corpora cōseruans ingeniūqz simul.
Presertim medicū doctū defende Joannem
  Nel:tua laus cuius munere in orbe viget.
Js voluit tua gesta premi reddiqz libellis
  Js tibi cōmissus premia digna ferat.

